

Equidem et Platonem existimo **si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse** dicere et Demosthenem si illa, quae a Platone didicerat, tenuisset et pronuntiare voluisset, **ornate splendideque** facere potuisse; eodemque modo de Aristotele et Isocrate iudico, quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum. Sed cum statuissem scribere ad te aliquid hoc tempore, multa posthac, ab eo ordiri maxime volui, quod et aetati tuae esset aptissimum et auctoritati meae. Nam cum multa sint in philosophia et **gravia et utilia accurate copioseque** a philosophis disputata, latissime **patere** videntur ea quae de officiis tradita ab illis et **praecepta** sunt. Nulla enim vitae pars neque publicis neque privatis neque forensibus neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero **contrahas**, vacare officio potest in eoque et **colendo** sita vitae est honestas omnis et **neglegendo** turpitude.

Esercizio 1: segna le pause che ti aiutino nella lettura

Esercizio 2:

Sintassi

- a. Analizza il primo periodo ipotetico, classificalo e giustificalo.
- b. Perché *didicerat* è all'indicativo?
- c. Quali sono le proposizioni principali?
- d. *praecepta* sarà più logicamente sostantivo (precetti, insegnamenti) o participio? Quali indicatori ti mettono sulla giusta pista?

Contenuto del brano

- d. Quali generi letterari analizza Cicerone? E qual è la sua tesi secondo te? Esiste una primazia dell'uno o dell'altro?
- e. Da che opera è tratto il brano? Quali evidenze te lo confermano?

Lessico

- f. Prova a ricavare il significato dei seguenti lemmi, evidenziati con il colore blu nel testo:

Patere, praecepta, colere, contrahere, neglegere

Avvia una traduzione, dando peso alle scelte lessicali ai prefissi e ai suffissi, giustificando le tue scelte in un apparato di note.

Atque haec quidem quaestio communis est omnium philosophorum. Quis est enim, qui nullis officii praeceptis tradendis philosophum se **audeat** dicere? Sed sunt non nullae disciplinae, quae **propositis** bonorum et malorum **finibus** officium omne pervertant. Nam qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute **coniunctum**, idque suis **commodis**, non honestate **metitur**, hic, si sibi ipse **consentiat** et non interdum naturae bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit nec iustitiam nec liberalitatem; fortis vero dolorem summum malum iudicans aut temperans voluptatem summum bonum statuens esse certe nullo modo potest.

Grammatica e sintassi

- a. spiega modo e tempo di *audeat*
- b. come si traduce *non ullae*? Che tipo di aggettivo è?
- c. Che parte del discorso è e che significato avrà *propositis*?
- d. A che parte del discorso è riferito *coniunctum*?
- e. Nell'ultima frase la costruzione di esse è copulativa? Quali sono i predicati del soggetto?

Contenuto del brano

- f. A quali scuole filosofiche Cicerone imputa di *pervertere omne officium*?

Lessico

- g. Indica il significato dei lemmi evidenziati in blu nel testo

Avvia una traduzione, dando peso alle scelte lessicali ai prefissi e ai suffissi, giustificando le tue scelte in un apparato di note.

Quae **quamquam** ita sint in promptu, ut res disputatione non **egeat**, tamen sunt a nobis alio loco disputata. Hae disciplinae igitur si sibi **consentaneae** velint esse, de officio nihil queant dicere, neque ulla officii **praecepta** firma, stabilia, coniuncta naturae tradi possunt, nisi aut ab iis, qui solam, aut ab iis, qui maxime **honestatem** propter se dicant expetendam. Ita propria est ea **praeceptio** Stoicorum, Academicorum, Peripateticorum, quoniam Aristonis, Pyrrhonis, Erilli iam pridem **explosa** sententia est, qui tamen haberent ius suum disputandi de officio, si rerum aliquem **dilectum** reliquissent, ut ad officii inventionem aditus esset. Sequemur igitur hoc quidem tempore et hac in quaestione potissimum Stoicos, non ut interpretes, sed, ut solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum quoque modo videbitur, hauriemus.

Parti questa volta dal lessico e prova a indicare il significato dei lemmi evidenziati in blu, ricavandoli in alcuni casi dalle parti già tradotte

Praecepta in questo caso è sostantivo o participio?

Attento al lemma *dilectum*. Per ricostruirne il significato e non tradurlo subito per analogia con l'italiano, pensa al verbo da cui deriva e al suo significato

Grammatica e sintassi

- a. che proposizione introduce *quamquam*? Ti ricordi quali altre congiunzioni reggono il medesimo costrutto e con quali modi si costruiscono? Indicane un esempio
- b. come si traduce il complemento *propter se*?
- c. Giustifica il modo e il tempo di *dicant*
- d. a che cosa si riferisce *expetendam* e che parte del discorso è e da che cosa è retta? Che verbo puoi sottintendere?
- e. Che proposizione è *ut ad officii inventionem aditus esset*?

Avvia una traduzione, dando peso alle scelte lessicali ai prefissi e ai suffissi, giustificando le tue scelte in un apparato di note.